

tem amitterent, si in horum executionem sumtus requirentur. Fortassis itaque unus atque alius supremam voluntatem suam tutius committi putavit amico, qui nullam ex hereditate commodum speraret, ac commisit etiam. Primum pauci solum, ut sunt rerum initia, hoc fecerunt: nam olim executorum U. V. exiguus fuit usus; Testatur id Giphani. ad l. nulli. 28. C. de Episcop. & Cler. & Johannes Oldendorp. tr. de Exec. V. V. p̄s̄fat. Executorum, inquit, usus olim haud dubiè varior fuit, sub ea forma, qua nunc utimur. Inde videmus factum, quod de tali executione titulus nullus extet in pandectis aut etiam in jure Pontificio. Sed, ut pergit ille, apud Ictos primum, deinde apud Romanos Pontifices uno aut altero loco est facta mentio. Videlicet, cum jam à testatoribus dari consuevissent. Facile autem leges Romanæ assenserunt mori, nam ex illarum sententia publicè expedit, ultima hominum judicia exitum habere. l. 5. ff. testam. quemadmodum aper. & testatorum voluntates celerem executionem desiderant. Salgado de Somoza tract. de Reg. protecl. vi oppress. appellat. p. 3. c. 12. num. 35. tom. 2. Nec invitum fuit Pontificum suffragium; quia voluntates defunctorum exequi pium est, etsi ad causas non pias spectent. Gutierrez. repet. l. nemo potest ff. de legat. 1. §. 308. Taceo, quod ea cura procul dubio Ecclesie & Clero profuit: unde vel mendaciis contra verbum divinum confictis ejusmodi executiones promotum iverunt, quasi animæ defuncti non parum noceret executionis testamenti dilatio, econtra prope-ratis executionibus satisfactio pro peccatis impetraretur, atque adeò defuncti anima citius è purgatorii pœnis erueretur, ut divino conspectu frui possit. Quo invitamento utuntur Andreas Tiraquell. tract. le mort saist le vis. part. 7. declar. 5. num. 10. in fin. & Ludov. Molin. de Iust. & Iur. disputat. 251. num. 11. cum itaque peculiarium executorum usus sensum invalesceret, atque varia de illis controversiæ ac quæstiones in foro occurrerent, cœperunt multi in Leges & Canones de iisdem proditos commentari, ac quæstiones oblatas ex analogis jurium materiis decidere; aliqui etiam singulares & plenos tractatus de hac materia scripserunt, quos recenset Joh. Jac. de Caribus in suo ejusdem argumenti opusculo in p̄s̄fat. & Simon de Prætis, Patritius Pisaren-sis, Jctissimus, in tr. de interpret. ult. volunt. lib. 5. dubit. 2. interpret. 1. num. 21. nec non Dn. Joh. Jacobus Speidel. in Syllog. cujus novam editionem pristinis auctonibus suis ac methodo, ut ut passim laudata, mul-

to ta-